Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

facere potentis. et ponas scandalum in agilitate tua. Non pecces in multitu
dine cuiuscunque. nec te immiscas in populum. neque alliges duplicia peccata.
nec enim in uno eris innocens. Noli esse pusillanimis in anima tua. cum
orare et facere elemosinam ne despicias. Ne dicas in multitudine munerum
meorum respiciet deus. et offerente me deo altissimo suscipiet munera
mea. Non irridebis hominem in amaritudine animae. Est enim qui humilia
at se et exaltat eorum spector deus. De mendacio uitando contra Amicum.

Noli amare mendacium adversus fratrem tuum. neque in amicum simi
liter facias. Noli uelle mentiri omne mendacium. assiduitas
enim illi non est bona. Noli uerbosus esse in multitudine presbiterorum. et non
uteris uerbum in tua oratione. Non oderis laboriosa opera. et rusticatio
nem altissimo creatam. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum.
Memento ire. quo non tardabitur. Humilia valde spiritum tuum. quoniam
ira grauis carnis impii ignis et ueritas. Noli piaricari in amicum pe
cuniam differentem. neque fratrem carissimum auro spreueris. Noli discede
re a muliere sensata et bona. quia sorticus est in timore dei. Gratia
enim uerecundie illi super aurum. De Seruo bono.

Non ledas seruum operantem in ueritate. neque mercenarium dantem
animam suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua. Non
defraudes illum libertate. neque inopem derelinquas illum. Pecora si sunt
adtende illis. et si sunt utilia perseuerent apud te. De filius.

Filii tibi sint eruditi illos. et curua illos a puericia illorum. Filie tibi sint seruati
corporis illarum. et ne ostendas hylarem faciem tuam adillas. Trade filiam
et grande opus fecisti. et homini sensato da illam. Mulier si est tibi se
cundum animam tuam non piciat illam. et odibilem ne creas te in toto corde.
Honora patrem tuum et gemitus matris ne ob De parentibus.
obliuiscaris. Memento quoniam nisi illos non fuisses. et retribue il
lis quomodo illi tibi. De timore dei et honore sacerdotis.